

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Detractio g
cum fonte primo

Nulli unquam omnino detrahas
et aliorum uituperacione te laudabilem uideri uelis;
magis tuam uitam ornare disce quam alienam carpere.
Ac semper memor esto scripture dicentis:
Noli diligere detrahere ne eradiceris.
Pauci et enim sunt qui huic uicio renuncient.

Ieronymus ad Cellanciam.

Nulli umquam omnino detrahas
et aliorum uituperacione te laudabilem uideri uelis,
magisque tuam uitam ornare disce quam alienam carpere.
ac semper scripture memor esto dicentis:
noli diligere detrahere, ne eradiceris.
pauci admodum sunt, qui huic uitio renuntient,
rarumque inuenias, qui ita inreprehensibilem suam uitam exhibere uelit,
ut is non libenter reprehendat alienam.

Pelagius, *Epistula ad Celantiam*, 148.16
(CSEL 56, I. Hilberg ed., p.342, ll.16-22).